



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli**

**Kircher, Heinrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1676**

Verba Apocalypseos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39100**

creatū-  
tarum  
omniū.  
OMNIS audita est exultare suo mo-  
do, ac dare laudem SEDENTI IN  
THRONO ET AGNO : utpote  
ad hunc finem condita, ut serviat Bea-  
titudini hominis redempti. immo &  
ipſa secundūm se simul omnis refor-  
manda in melius, Adventu ejus qui  
expectatur : juxta Apostolum Rom. 8.  
v. 21. quia & ipsa creatura liberabitur à  
servitute corruptionis in libertatem glorie  
filiorum Dei. Proinde hic omnis crea-  
turæ communis est velut clamor hor-

tantis : ut dicatur laus (hæc est enim vis  
nominis, BENEDICTIO,) exhibea-  
tur HONOR, suspiciatur GLORIA,  
ET agnoscatur POTESTAS , cui  
subdipar sit æternū, Sedentis in Thro-  
no & Agno.

Quod Jubilum omnis creaturæ,  
gratulationem, & vota confirmant  
quatuor Animalia, assertione AMEN,  
id est, verè juxta sancta 4. Evange-  
lia: & Seniores concludunt adora-  
tione.

Liceat h̄c mihi convenire Lectorem Revelationum, quas aperit Agnus benefi-  
cio suæ mortis. ad quem Librum videndum antequam admittare, Lectio  
Christiane, procide cum Animalibus & Senioribus : dic unā cum his Canti-  
cum novum: contribue de Thymiamate pro phialis eorum & odore bono  
Christi : lauda inter Angelorum millia : tripudia cum omni creatura, quæ  
subjecta est Agno, in p̄e, exultabundā dum nostram reparationem appellat  
pariter suam : & exfili ad encomia illius.

## TRACTATUS IX.

### IN CAPUT VI.

Pervenimus ad Diphtheram inspiciendam: cuius quinque pri-  
ma sigilla & pars sexti referantur in hoc Capite.

### VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap.6. Versu 1.) Et vidi quod aperuisset Agnus unum de septem  
, sigillis, & audivi unum de quatuor animalibus, dicens tanquam vocem  
, tonitrii: Veni, & vide. (v.2.) Et vidi: & ecce equus albus, & qui  
, sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vin-  
, cens ut vinceret. (v.3.) Et cum aperuisset sigillum secundum, audivi  
, secundum animal, dicens: veni & vide. (v.4.) Et exiuit alius equus  
rufus:

, rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacem de ter-  
 , ra, & ut invicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus. (v. 5.)  
 , Et cùm aperuisset sigillum tertium, audivi tertium animal, dicens: Veni  
 , & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat state-  
 , ram in manus sua. (v. 6.) Et audivi tanquam vocem in medio quatuor  
 , animalium dicentium: Bilibris tritici denario & tres bilibres hordei  
 , denario, & vinum & oleum ne lasseris. (v. 7.) Et cùm aperuisset sigil-  
 , lum quartum, audivi vocem quarti animalis dicentis: veni, & vide.  
 , (v. 8.) Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illimors,  
 , & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor par-  
 , tes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ. (v. 9.) Et  
 , cùm aperuisset sigillum quintum, vidi subitus altare animas imperfecto-  
 , rum, propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant,  
 , (v. 10.) & clamabant voce magna, dicentes: usquequo Domine (San-  
 , ctus, & Verus) non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum, de-  
 , iis, qui habitant in terra? (v. 11.) Et datae sunt illis singulae stola albae:  
 , & dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec com-  
 , pleantur conservi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut  
 , & illi. (v. 12.) Et vidi cùm aperuisset sigillum sextum: & ecce terræ  
 , motus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus:  
 , & luna tota facta est sicut sanguis: (v. 13.) Et stellæ de cœlo ceciderunt  
 , super terram, sicut fucus emittit grossos suos, cùm à vento magno move-  
 , tur, (v. 14.) & cœlum recessit sicut liber involutus: & omnis mons, &  
 , insulae de locis suis mota sunt: (v. 15.) Et Reges terræ, & Principes, &  
 , tribuni, & divites, & fortes, & omnis servus, & liber, absconderunt  
 , se in speluncis, & in petris montium: (v. 16.) Et dicunt montibus, &  
 , petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thro-  
 , num, & ab ira Agni: (v. 17.) quoniam venit dies magnus iræ ipsorum:  
 , & quis poterit stare?

§. I.

